



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

II. De materia & forma Baptismi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

748 *Moralis Theologiae Tract. VII. Sacramenta,*  
 sacro mysterio imbuitur, primò nomen imponitur, eique sus-  
 ceptor datur, tum aqua consecratur, ad extremum illa per-  
 funditur. Demum post illam datur osculum pacis, Christum  
 inungitur, cereum gestat accensum, candidam vestem in-  
 duit, & lac vna cum melle delibat. Atque hæc quidem adul-  
 tis. Infantibus autem illa tantùm adhibentur, quæ per æta-  
 tem licent; præcipuè verò susceptor qui nouo Tridentini iure  
 vnus tantùm, vel vna, vel ad summum vnus & vna esse po-  
 runt. Hic spiritualem cognationem cum baptizato, quemad-  
 modum ac baptizans cum patre, & ipsius matre duntaxat  
 contrahit, omni alia fraternitate sublata.

CAPVT II.

De materia & forma Baptismi.

§. 1. *Materia Baptismi.* 5. *Quanam Baptismi materia remota?* Aqua est naturalis, eaque vera, non quæ ab arte proficiscitur: & simplex, non autem ita cum alio liquore permixta, vt aqua: denomi- natio pereat. Deinde elementalís, & quæ appelleretur vsualis ab eo, quod apta sit vsui ablutionis,

*esset* 6. *Quanam autem proxima materia?* Ipsa erit ablutio. Physicus planè ac realis corporis abluendi contractus, tan- tus, quantum ad hoc vt quispiam dicatur ablutus, morale periti exigit iudicium; talis quidem esset, qui veram corpo- ris ipsius partem moraliter sufficientem attingat: siue con- tactus huiusmodi per asperisionem fiat, vt in necessitate: siue per infusionem, vt mos in aliquibus Prouinciis: siue per im- mersionem, vt olim.

§. 2. *Forma Baptismi.* 7. *Quanam Baptismi forma?* Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. In qua quidem si pronomen solummodo demas, quo persona baptizantis exprimitur, ce- tera omnino necessaria esse affirmo, quippe baptizandi imple- met actus, ille etiam qui baptizandus est, & expressa Trini- tatis inuocatio, quæ reliquis verbis, omiſſa duplici coniu- ctione, continetur, in forma Baptismi necessariò sunt expri- menda.

8. *An expressio Dei, aut Christi, aut Trinitatis sufficiat?* Profectò solius nominis Dei expressio, aut Christi sufficiens non est; neque solum expressio Trinitatis absque eo quod exprimatúr vnitas Dei comprehensa illa particula: *in nomine.*

Quin

Quin etiam Trinitatis expressio sub aliis nominibus quam Patris, & Filij, & Spiritus sancti etsi speculatiue probabile sit satis fore ad valorem: practicè tamen nullo modo est vsurpanda, tum propter periculum, cui sese baptizans exponit, tum quia contra Christi institutionem ageret, & contra communem vsum & traditionem Ecclesiæ.

CAPVT III.

De Ministro Baptismi, eum suscipientibus, ipsiusque effectibus.

9. **Q**uam Minister Baptismi? Ex officio Sacerdos, isque §. I.  
Minister  
Baptis-  
mi. Parochus, Diaconus solus ~~illius~~ commissione; vel in ipsius absentia, si necessitas exigat, potest etiam solemniter baptizare. Ceteri hominum, modò loqui, & abluere simul possint, in necessitate sufficiunt. Plures sanè si singuli per se & integrè vnum eundemque baptizent, verum conferunt Sacramentum.

10. **Q**uid sit vel actum ablutionis externum ita ut vnus materiam, alter verò formam apponat: vel intentionem ipsam inter se patiatur, ita ut vnus non habeat intentionem baptizandi sine alio? Nihil prorsus efficient.

11. **A**ssigna vberius Ministrum Baptismi ex præcepto, & ex necessitate. Minister ex præcepto solus est Pastor, in necessitate quilibet, eo tamen ordine seruato, ut ceteris præferatur Sacerdos, deinde Diaconus, tum Clericus, postea laicus, vltimo formina.

12. **H**unc ordinem peruertere est ne peccatum? Peruertere cum persona Pastoris aut Sacerdotis, lethale peccatum est, cum alijs minimè. Adde in necessitate etiam hæreticum, & paganum baptizare posse, modò habeat intentionem baptizandi. Num anima separata? Non, quia non est homo, nec humano more potest formam exprimere. Possit quidem Angelus ex speciali Dei dispensatione.

13. **Q**ui bis baptizat, cuiusnam pœna obnoxius est? Irregularis sit ipso facto, & ad superiores Ordines prohibetur ascendere, etiam si secretè deliquerit. Eadem sequitur pœna semel iterumque baptizatum, nisi fortè inculpabilis vtrumque siue facti, siue iuris excuset ignoratio.

14. **D**ixisti Baptismum necessarium esse ad salutem: exprime quomodo necessarius adultis, & paruulis? Omnibus absolutè